



**R.D. Iacobi Merchantii Vitis Florigera**

**Merchantius, Jacobus**

**Coloniae Agrippinae, 1661**

24. In Festo S. Philippi Apost unica sequere me loan. 1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](#)

140

postremam fudit imitans Iesum Fratrem & Domini suum. Etenim vix semivivus exiitens, confrateris cruribus iacens, manus tendebat ad cœlum, & cordis genua flectens pro salute populi se se perfecit. Quicquid adhuc in se vigebat, manus, lingam, & cor Deo offerebat, gratiam ardenter Zelus misericordia.

gloria Patris sui & pro salute gregis sanguinem fuderat, & animam posuerat. Ipse ergo vices Christi agens, & locum ejus sanguine sacramentum tenens, amabat oves Christi, pro quibus continuo se in sacrificium offerebat. Assidue enim orans eas in humeris suis gerebat, unde diximus quod ex continua genu flexione ejus crura Cameli pellem fuerint duritiae imitatae. Nempe sicut camelis non possunt onera impôni, nisi flectant, ideoque à prima aetate id docentur. Scilicet calum genus eorum contrahatur. Ita S. Jacobus Ecclesiae fibi commissum onus sufficiabat genu flexione, sicut genu flectens onerabat se peccatis populi sui, & penitentia pro illis debitis fastigiebat, auferia le macerans penitentia. Sicut Petrum Dominus constitutus Ecclesiae sua universalis Pastorem tertio interrogavit de amore, antequam ei diceret. *Pasc agnos meos, pasc oves meas.* Sic etiam primaria sua Ecclesiae fideles, primumque ovilis agnos & oves Jacobo non voluit committi, nisi quia zelo excellebat & amore, zelo gloria Dei amore salutis proximi, ut pateretur verbo, exemplo orationis subfido. Quod quidem fecit non paucum tempore per viginti novem aut triginta annos, putatq; S. Epiphanius heretici 78. cum ad decrepitum usque aetatem pertigisse, tuisseq; nonaginta sex annorum, & hoc etiam in Rom, Breviarium legimus. Quod si verum est, non solum iam dicerimus oculos ejus fuisse flammam ignis, sed & caput ejus & capillos candidos instar lanae & nivis ob canitatem scilicet, quod ipsum dicitur. Joannes de capillis illius qui ei apparuit vestitus podere & similis filio hominis. Itaq; S. Jacobus ardens zelo succedit Christo Domino Hierosolymis, tanquam frater fratris, ut secundum antiquas leges figuram illi semen suctaret ex sponsa sua, semen inquam spirituale quod ipsius nomen retinaret, filios scilicet Christianos Christi nomine insignitos. Voluit Christus, quia paucos filios generaret, plures fibi per ardentem zelum Iacobii, qui frater Domini dictus est, fibi generari. Ideo S. Hieron. in c. i. epist. ad Galat. dicit, quod enim Christus filios matris Ecclesiae commendavit. Viterius ejus zelus patuit in publica illa & exprefsa fidei professione, que martyris ejus occasio fuit. Publice enim congregariis Iudeis in die solemnis predicabat Iesum, & eum fidet, & non nisi per eum posse obtinere salutem, ipsumque in celo esse à deo virtutis & potentiae Dei, venturumque in nubibus iudicem. Et quidem multi crediderunt eis testimonio, ex principibus etiam viris: ita ut ob eis testimonium Deum laudibus in celum ferrent, & inclanarentur. O Santa Filio David. Quam vocem rufus non ferentes Scribere aliqui & Pharisaei, & sublimi loco præcipitem eum dederunt, lapidibus quoque appetierunt, unusque de plebe Fulonis pertica in caput ejus impacta et cerebrum excusit, in quo istu animam reddidit. Videri potest Euzebius ex Clemente & Eusebipo latius id describens i. hist. cap. 22.

Denique, ejus zelus promicuit in oratione, quam

*Ioan. 23.*

*Iacobus 12.*

*Apocrypha.*

*Zelus ejus  
in maria  
rio.*

postremam fudit imitans Iesum Fratrem & Domini suum. Etenim vix semivivus exiitens, confrateris cruribus iacens, manus tendebat ad cœlum, & cordis genua flectens pro salute populi se se perfecit. Quicquid adhuc in se vigebat, manus, lingam, & cor Deo offerebat, gratiam ardenter Zelus misericordia.

poenitentias peccantibus in fe. O verbum magnae patientiae, magnae dulcedinis, magni amoris, indicibilis zeli & charitatis. Non enim suam fuit injuriam, non attendit ponam; sed his à quibus patitur, ipse compatitur, his à quibus vulneratur, ipse medetur; his procurat vitam, à quibus occiditur. Sanguis ejus non est sicut sanguis Abél, inclamans vindictam, sed melius loquitur petens misericordiam. Atque piè credimus non irritam fuisse ejus vocem & petitionem, solet enim Deus suos etiam pro iniuris orantes exaudire, maximè in morte. Sic post similem Christi Domini orationem multi revertebantur percunctientes pectora sua. Sic per orationem Stephani similem videlicet S. Pauli conversionem. Sic Paulo intercedente pro suo tortore, apparuit sanguis eius per modum lacrimis in ejus tunica, & barbari illius animam dolorem efficiunt, fidele efficerunt cum sociis, inquit S. Chrysostomus. Similiter igitur aliquibus accidisse existimamus in nece Iacobi iusti, ut irrita non caderet oratio, ad Deum ardente adeo zelo in extremo spiritu emissa. Oculi ergo ejus adhuc in morte gloriam habebant, & scintillas ignis emittebant, non ad perdendum impios, sed ad accendendum ignem pietatis & charitatis in eorum cordibus.

**O** Domine Iesu, qui dignatus es nos vocare fratres tuos, ut esses primogenitus in multis fratibus, fac ut te valeamus invocari, vel hunc praecipue inter fratres tuos S. Iacobum, qui per excellentiam, Frater Domini est nominatus. Fac nos tibi illique similes morum & gratiarum similitudine; ut vestiamur sicut & ipse veste justitiae perseveranter, utique ad pedes, utque ad extremitatem vita; ut semper zonam auream & illibatam geramus caffitatis & continentiae, ut zelum exaramus in omnibus actionibus gloriarum tuae futilaque nostrae; ut in oratione, patientia, spe, fide, charitate perseveremus, laudentes, tibi benedicentes, donec nos digneris ex hac vita mortali evocare, & immortalitatis gloria donare, sicutque inter fratres tuos aeternum connumerare.

IN FESTO S. PHILIPPI APOSTOLI. LECT. 24

*Sequere me. Ioan. 1.*

**E**cclisia non solum S. Iacobi hodie festivitatem celebrat, sed etiam S. Philippi immo cum primo loco nominat, quod vocazione prior fuerit Iacobus, quodque à Christo immediate vocatus fuerit, cum ei dixit: *Sequere me.* Quis autem eorum in gloria præcellat, nobis non est disputandum,

dum ille solus novit qui est ponderator spirituum, & gratiae ac glorie ex praedestinatione externa distributor, in cuius domo mansiones multae sunt, ut Evangelium hodiernum decantat; in cuius celo stella à stella differt à claritate secundum, mentiram lucis, quam potuit mutuare à Sole. De utroque igitur possumus dicere quod de Elia & Enoch dicitur: *Hic fuit duo olives, & duo candelabra in conspectu Domini, quia feliciter charitatis pingue-ram & scientiae salutaris luce totam Ecclesiam il-lustrarunt, & adhuc modo illustrant.* Sive illud: *Illi sunt duo filii Olei, qui afflissent Dominatori uni-versa terra.* Filii sunt Olei, hoc est filii pingue-dinis, filii fertiles bonorum operum, qui multum fructum gratiae protulerunt in conversione impiorum. Filii iterum olei, quia filii splendoris, luce vita & doctrina nobis praeludentes. *Illi afflissent Dominatori univer-sa terra, quia tanquam ejus legati per orbem terrae fidem & Evangelium pro-pagantur.* *Afflissent Dominatori univer-sa terra,* pro cujus gloria sanguinem fuderunt. *Afflissent Dominatori univer-sa terra, tanquam duo Cherubim ejus Propitiatorium & Arcam sustentantes.* *Afflissent Dominatori univer-sa terra, tanquam duo Leones ejus thronum circumstantes.* *Afflissent Dominatori univer-sa terra, pro Ecclesia universa orantes.*

*Virtutes S. Philip.*  
*Obedientia.*  
*Ioan. 1.*

Sed quoniam de S. Iacobo specialiter diximus; de Sancti Philippi virtutibus pauca delibamus. *Primum,* cernitur in eo perfecta obedientia. Cum enim ei occurset Dominus, & dixisset: *Sequre me,* mox ipse fecerunt est cum gaudio & plena re-signatione. Vocatus ab Oriente, non respexit ad Occidentem, a magni consilij Angelo, aliena consilia non est praestatolutus; disrupti citio omnes compedes, nec tardo gradu fecerunt est Salvatorem. Sed an hoc forte fecit ex cordis levitate? Absit! Tractus est vi geatice, que & fortis est & suavis, cor vincens & mox vincens ut ad Deum veniat. Virtus multa erat in verbo Verbi; immo vel in facie radius divinitatis emicans, poterat statim quos vo-lebat ad se trahere.

*Charitas.*  
*Man. 1.*

*Secundo:* cernitur in Philippo charitas & zelus alios attrahens & accendens. Dum enim ipse vocata est, ignem concepit, sed illius ignis flammam & carbones in aliorum caput congegit. Invenit enim Nathanael, & quasi dies diei eructans verbum, lumenque ei de suo fundens lumine, attraxit eum ad Isum. Thesaurumque reperit, gaudet ei prode-re, furtumque deputat fine confortare eum poscidere. Mox ergo quod didicerat docuit, quod acceptaret ergavit. Magni certe nuntij bauulorū fuit, qui eum se reperire teflatus est, quē ab origine mundi omnes sancti magno desiderio præstolati sunt, & tamen videre non potuerunt. Dixit enim Philippus Nathanaeli: *Quem script̄ Moyses & Propheta inve-nim⁹ Iesum.* Et adduxit eum. Sic Christus tan-quam magister mysticus attraxerat subito Philip-pum, illiqmox etiam virtutem communicat attra-

hendi secum alium, sicut & Andreas adduxerat se-cum Petrum. Sic adimplerunt illud: *Qui audis, dicas veni.* An vero hic Nathanael à Philippo ad-ductus, fuerit Bartholomæus, disputant Doctores. Negat Augustinus, qui dicit Dominum ad Aposto-latum non elegisse peritos sicut fuit Nathanael, sed rudes & illiteratos, ut confunderet mundum & per insipientiam vinceret sapientiam, ut vinceret hostes instar Sampionis per Asin mandibulam, hoc est, per Apostolorum ignorantiam.

*Tertio,* cernitur in S. Philippo familiaritas gran-dis cum Christo Domino, tum ex eo quod in deser-to cum multitudine effet pacenda, & deficeret pa-nis. Philippum q̄rati Consularium intimum inter-rogat: *Vnde enim panes?* Tum etiam ex eo quod Gentiles desiderantes videre Iesum ad Philippum accedunt, ut per eum ad Christum accessum in-veniant. Tum denique ex eo quod liberè & cum fi-dicia Christum differentem de discipulo suo ad Patrem, ausus est interrogare: *Domin⁹ ostende nobis Patrem, & suffici nobis.* Quia quidem interrogatione *Ioan. 14.* docuit nos ad Patris visionem aspirare, in qua nostra est felicitas sita. Quasi diceret: Te Domine jam vidimus & agnoscimus, te dileximus & con-fessi sumus, & beatos fatemur oculos nostros qui te vi-dere metuimus; jam nihil superest nisi ut Patrem offendas, tunc nobis ad beatitudinem nihil deesse arbitrabimur. *Laudandus ergo est qui visionem Patris cateris omnibus anteposuit,* inquit S. Cyrilus Ale-xandri. *1. in Ioan. cap. 37.* Qui scilicet per hoc etiam docuit nos Patris faciem querere, & illam cateris omnibus præponere, quamvis non perfecta adhuc intelligeret, quomodo facies illa non corporeis, sed spiritualibus oculis esset cernenda & querenda.

*Quarto* cernitur in S. Philippo gratia specialis. *Cōformis in illa conformitate mortis cum Christo, quia in Christo Crucis fuit ipse mortuus est, ibique tene obrutus in mortis.* perfecti amoris holocaustum; quod & Petro & Andreæ fuerat concepsum. Secutus est ergo Domi-num perfectissima sequela, in Cruce immolatus pro ejus gloria. Hæc latius de S. Philippo differentia facili amplificate,

IN FESTO INVENT. S. CRVCIS. LECT. 14.  
bipartit.  
*Nos autem gloriarī oportet in Cruci Domini nostri Iesu Christi. Gal. 6.*

*H*elenam nobilissimam & religiosissimam Re-PARS I: ginam, Imperatricem, Crucem Domini re-Divinen-  
quifivile & reperiisse inlinetu divino, pernotum  
est: Digaum autem est audite S. Ambrosum oratione S.  
Crucis & in Funis Imp. Theodosij hac de te differen-tione S.  
subsecutus. Sic rei gestæ negotium describit elegantis-  
miracula. Venit Helena, capit reviri loca sancta: S. Ambe-  
infudit ei Spiritus ut lignum crucis requireret  
de morte  
Accedit ad Galatham, & ait: *Ecce laus pri-  
T. theodosij  
gna, ubi est victoria? Quare vexillum salutis, Imper.  
et noui*